

pupilli ex re certa instituta per ius accusatoris et si agnouisset aut sui heres esset non propterea confirmare eum dicte tabule que euacuate sunt funditus ex eo quod pupillus patre uiuo decessit sed si mortuus fuisset sufficisset postea sola existentia suorum quod agnitione facta per alium quantumcumque extraneum ut per dicitur certum est enim testator ad substitutum pupillo tam sua quam sui pupilli hereditatem uoluisse decurrere et alia uniuersa sua bona impuberis ut. d. l. centurio et l. in pupillari. e. ti. multo igitur fortius uel uoluisse decurrere hereditatem sui testatoris tamen qui enim uult utriusque uult et alterum ut. d. l. tractabat. Pro ergo dico substitutione pupillarem in fideicommissariam conuertitur ut sit fideicommissarium ut ex secundis tabulis debeat ut dixi sed ex tabulis paternis que quantum ad pupillarem substitutionem euacuate sunt eo quod bar. uiuo patre decessit siue igitur dicamus de eadem substitutione pupillarem prout euentu facta est non euacuari quantum ad ipse tacite uult. sufficit hospitali ut eam habeat iure directo. s. spes natiuitatis alicuius post mortem non defuit dudum ante mortem testantis sibi bar. siue dicamus non euacuari tacitam uulgaris comprehensionem in pupillari facta bartholomeo prout dicunt glo. et sequaces earum similiter sufficit hospitali ut habeat iure directo siue dicamus propter clausulam codicillarem hospitali substitutum impuberi per fideicommissarium a patre relictum hereditatem habiturum non est uis cum sibi uera op. approbata de relictis ad pias causas reb. et fal. non detrahatur ut non. in auten. si mulier et in auten. sed cum testator. C. ad. l. fal. per cano. uero de testa. c. cum raynurius concludendo igitur dico dictum hospitali substitutum ad eandem hereditatem inuicari et ex quocumque capite inuicetur non est nisi cum ex quolibet capite sit hereditatem in solidum habiturus et ita ut superius scriptum est dico et cōsulo ego angelus de pufio utriusque iuris doc. xliij

Adateria unius compromissi

**Directa** Fuit quedam petitio de coram uobis nobili et sapienti uiro officio Jacobo iudice causarum civilium consilij in et pro porta sci angeli specialiter deputato per partem ipsam partem ciuitatis pufij agit narrat et in iure proponit iannes cecoli de pufio de eorum parte et parte scilicet fortunati actor et actorio nomine uanitelli de porta sci angeli et parte sci fortunati curatoris domine magdalene filie legitime et naturalis ac etiam heredis seu successoris quondam Joannis antonij blasij de pufio de eorum parte et parte sci martini de uiridario et aduersus philippum antonij blasij predicti que se dicit heredem dei Jo. et contra omnem personam pro dicto philippo coram uobis legitime interuenientem necnon contra omnem aliam personam que se uellet heredem dicere dei Jo. uel pro eius herede ridere dicens dictus iannes de eorum nomine quod dicta domina magdalena fuit et est filia ac et heres ab intestato dei oliz Jo. patris sui quare petit deus iannes actorio nomine quo supra per uos et uestrum officium pronuciari decerni et declarari eandem ipsam magdalenam fuisse et heredem esse siue successorem dei quondam Joannis patris sui et hereditatem dei quondam Joannis sui patris ad eam pertinere et pertinuisse tanquam ad heredem dei Jo. sui patris legitimum et naturalis et predicta per uos sibi deo nomine fieri petit omnimodo uia iure et forma quibus melius fieri potest et in predictis deum philippum et omnem aliam personam in hoc iudicio interuenientem et interuenire uolentem per uos et uestram sententiam de eorum pupille et deo curatori et deo actori de eorum nominibus per uos et uestram sententiam finali condemnari cum damnis et expensis factis et faciendis usque ad finem cause saluo eidem nomine quo. s. iure ad eundem et minuendi usque ad finem cause et quod de et super contentis in dicta petitione solummodo et duntaxat fuit factus compromissus infrascriptis arbitros uel iur. et iur. qui arbitri tulerunt laudum et laudauerunt dictam ipsam magdalenam non fuisse nec esse heredem nec successorem dei olim Jo. sui patris et hereditatem dei quondam Jo. sui patris ad eam non pertinuisse nec pertinere obstante statuto et ordinamento consilij et testamento olim antonij an. paterni contra deo domine magdalene et dictum philippum absoluimus a dicta petitione et consequentis in ea. Et predicta laudauerunt et dixerunt si et in quantum dictus philippus dederit et soluerit dicte domine magdalene centum et si et in quantum dictus philippus soluere cessauerit et non solueret quantitatem predictam prout superius est expressum ex tunc prout ex nunc et ex nunc prout ex tunc laudauerunt et sententiauerunt dictam dominam magdalenam fuisse et esse heredem seu successorem dicti

olim Jo. sui patris ad eam pertinere et pertinuisse tanquam heredem olim dicti Jo. sui patris legitimum et naturalis secundum formam dicte petitionis. Alio modo queritur nunquid dicti arbitri potuerunt laudare prout continetur in dicto laudo et nunquid dictum laudum ualeat quoad omnia que continentur in eo et si non ualeat quoad omnia queritur quoad que ualeat et dubium fecit inter alia quia arbitri uidentur functi eorum officio dum priuat dictam ipsam successionem predictam et ideo dum in alia parte laudum sub modo seu cum conditione declarauerunt ipsam esse heredem compromissum et sic nunquid ex predictis uel alijs rationibus dictum laudum possit infringi uel iuris subsistat.

**Nota** Dicitur in themate compromissus factus in arbitros et arbitratores fuit limitatus et factus solum super libello producto in quo concludebatur solum pronuciari dictam mag-

dalenam fore sui patris heredem et hoc solum vertebatur in lite an esset heres uel non et super hoc tantum arbitri fuerunt assumpti non autem super dependentibus coheretibus conexis aut penitus extraneis solum ergo quod dicti arbitri pronuciare potuerunt. s. ipsam magdalenam esse uel non esse heredem extra id aut nihil. ff. de arbit. l. non distinguemus. s. de officio et. s. si. ibi nihil extra compromissum facere potest et c. unde nec super pena arbitri statuunt ut. l. quid tamen. s. si. e. ti. extra eo. c. cum dilectus et hec fuit sententia pape ut refert spec. e. ti. s. sequitur uer. sed an de pena uel interesse per Jo. an. plene in. d. c. cum dilectus super glo. ij. Non igitur uidentur potuisse arbitrari quicquam uel laudare de soluendo pecunia dicte magdalene quia hoc non erat in lite et hoc tenerunt quidam ut infra dicam pro hoc quia dicti arbitri laudauerunt dictam magdalenam non fuisse nec esse heredem patris eius. Omnis igitur uerbis predictis in mediate adeo sunt eorum officio functi quod nihil post illa uerba adere possunt nec detrahere sicut nec iudices ordinarij aut delegati post illud uerbum condemnatio uel absoluo uel equipolens quicquam dicere aut detrahere possunt etiam in modificationis modum ut non. bar. ff. de re iudi. l. iudex postea et per eundem. ff. de pen. l. mortis in fi. et in. l. i. ff. ad turp. Pro hoc quod eo ipso quod arbitri declarant dictam magdalenam non fuisse nec esse heredem necessario pronuciauerunt alium esse si esse poterat licet non hunc uel illum ut. ff. de iur. iur. l. sed et si possessori in prin. conuic. s. si. quencumque ergo dicamus heredem in perpetuum heres est ut. l. si sine. s. sed quod p. ff. de mino. unde per sententiam alius effici heres non potest et ille desinere quia non. l. xij. taber. nec ex testamento quod iure factum appareat ergo et c. ff. de peti. here. l. i. nec inuenio alium heredem esse posse magdalena remota nisi eius aduersarium litigantem ad quem ex testamento hereditas conuebat.

Coadiuantur predicta quia dicta magdalena per laudum arbitrorum primo priuata est hereditate paterna per consequens tacite aduersario applicata quia se dicit heredem ex testamento predicto. Si igitur ex contumacia eiusdem non soluetis inter mino pecunias in laudo declaratas eidem hereditas auferretur et in ipsam dominam magdalenam iam priuata transferretur istud non est nisi in contumacia pene inducte per dictum laudum arbitratorem. C. de hijs que pe. no. l. una.

Sed super pena de qua non extitit compromissum in eos laudare non potuerunt ut dixi ergo talis penalis adiectio nullius momenti Pro hac etiam parte facit quia dicti arbitri laudantes redirent et reducere uoluerunt extremum tempus more in cessatione solutionis commisse ad tempus retro latum laudi et ante ipsum laudum hec autem non potuerunt sibi necessitate ex quo primitius priuauerunt dictam magdalenam sibi autem fictione temporis translatiuam non uident quod potuerunt quia fictionem non inducit homo sed lex civilis aut iur. gefi. et siue sit fictio inducta siue translata causari debet ab aliqua equitate sufficiens ut. ff. de cap. et postlimini. l. postliminium in prin. unde cessante equitate cessat et fictio. ff. de sta. ho. l. qui in utero que equitatis aut hic uersari potuit esto quod possint per eorum laudum fictionem inducere quod illa que priuata est hereditate primitus solum ob contumaciam non soluendo efficiatur heres et retro certe nulla uident subsistere et si retro eam non fingimus sed solum in puncto cessationis et more in soluendo contracte hoc est impossibile quia alium inuenit heredem ut. l. si ut certo. s. si duobus uehiculum. ff. de mo. et sic ratione impossibilitatis in dicta parte uident laudum nullum. In contrarium quod dictum laudum teneat probatur quia arbitratore assumptus super una re quas actor ad se pertinere dicit non solum super una re pronuciare potest